

De spiritu et anima

vigere facit quinque sensus corporis. Inbet enim voces edere: membra mouere. Tres namque sunt ventriculi cerebri. Unus anterior a quo omnes sensus. aliter posterior a quo omnis motus. tercius inter utrumque medius. id est in rationis. Corporis sensus sic sunt. Quod est in corpore subtilissimum et ob hoc anime simili et vicini quod cetera: id est lux. primum per oculos ipsos diffunditur emittitur in radijs oculorum ad visibilia intrinseca. deinde mixtura quodammodo cum aere puro. secundo cum aere caligioso atque nebulofo. tercio cum corpulentiore humore: quarto cum terrena crassitudine: quinque sensus cum ipso sensu oculorum perficitur: ubi ipsa sola excellit. Isti sensus quod in sola facie per loca sunt: id est scriptum arbitror: quoniam dominus in faciem insufflauit homini spiraculum vite: et factus est in animam viuente. Anterior quippe pars posteriori merito preponitur: quia ista ducit et illa sequitur. ab ista sensus et ab illa motus. sicut prelium precedit actionem. Isti uires tam anime quam corporis dici possunt. quod ab anima in corpore sunt: nec sine utroque fieri possunt. In prima parte cerebri vis animalis vocatur fantasticalis. id est imaginaria: quod in ea corporaliu rerum similitudines et imagines continentur: unde et fantastica dicitur. In media parte cerebri vocatur rationalis: quod ibi examinat et iudicat ea que per imaginationes representantur. In ultima parte vocatur memorialis: quod ibi recommendat memorie ratione iudicata.

Quomodo quedam intelligimus per somnium quedam vero non. Cap. XXIII

Quid est itaque in nobis que corpora sentimus: quod quinque corporis sensibus facimus? Aliud que non corpora sed corporibus inuicem terminantur: ubi et nos ipsos non aliter quam sensus corporibus intrinsecum. Aliud que nec corpora nec corporum similitudines aspiciuntur. sed alias res que non habent imagines suis sensibus. sicut est deus: et ipsa mens rationalis: vel intelligentia: vel ratio. sicut etiam veritates: prudentia: iusticia: castitas: charitas: pietas: et quecumque alie sunt: que intelligendo vel cogitando enumeramus: discernimus et diffinimus. Porro anima non est corpus: quod non omnis similitudo corporis corpus est. Dormienti enim tibi in somnis velut corpus appetit. neque id corpus tuum sed anima tua: nec verum corpus sed similitudo corporis tui. Vacebit enim corpus tuum: ambulabit ipsa. Vacebit lingua corporis tui: loquetur ipsa. Clausi erunt oculi tui: videbit ipsa: et ita in ea tota et integra cernet similitudo carnis tue. In hac similitudine que per loca cognita et incognita discurrit: et sentit leta vel tristitia. Anima et mortui sic dormientis in ipsa similitudine corporis sui sentit seu bona seu mala. non sunt enim corporalia sed corporibus similia. que anime corporibus ex parte afficiuntur seu bene seu male. cum ipse suis corporibus siles subimet appareat. Sunt tamen et vera leticia et vera molestia facta de substantia spirituali in substantia spirituali. Tertium nempe est quedam spiritualis natura esse in nobis: ubi corporaliu rerum similitudines aut formantur aut formate ingeruntur: siue cum presentia aliquid sensu corporis tangimus et continuo eorum similitudo in spiritu formatur: et in memoria reconditur. siue cum absentia iam nora vel que non nouimus cogitamus: ut inde formetur quedam spiritualis intellectus. Innumerabilia et per arbitrium et opinionatione fingimus: que vel non sunt vel esse nesciunt. Innumerabiles que et varie forme rerum in animo nostro presentantur: vel cum aliquid facimus vel facturi sumus: aliquid etiam spiritum rapiete tollitur anima in huiusmodi uidebatur seu bona seu mala. Nimia quoque intentione cogitationis vel aliquid in moribus: ut freneticis per febrem accidere solet. seu commixtione alterius cuiuslibet spiritus seu boni seu mali. ita corporaliu rerum imagines in spiritu exprimitur tanquam corpora ipsius corporis sensibus presententur: ut absentia uideatur adesse tanquam presentia: et que non sunt tanquam presentia assint. Ad dormientibus et multa uidentur vel nihil vel aliquid significatia. Unum sepe imagines rerum corporaliu tantum illa expressioe representantur in somniis: quoniam ipsa corpora presentantur uigilantibus: ut in uisione non dormientium et uera commixtione uigilantium non discernantur: sed continuo eis caro moueatur. et per oppositum suum vel per licitos mores perhibere uideatur: et quod naturaliter collectum est per genitales vias emittat. Hunc motum casti uigilantes cohibent et refrenant. Dormientes autem id non possunt: et in parte non habent imagines corporum expressione: qua caro naturaliter mouetur. et sequitur quod coitum sequi solent. et quod sine peccato a uigilantibus fieri non potest. Sic in spiritu et corporaliu rerum imagines ap-